



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 124. Sancti Cardinalis opera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67246

Sæcul. XVI. rum oratione funebri deprædicabat;
A.C. 584 factis autem exequiis illius cadaver per aliquot horas detectum relinquebatur, ut concurrentis populi pietati satisficeret, deinde vero ad facellum Mediæorum deponebatur, apposito epitaphio, quod supra retulimus: eoque vero, cum viveret, nunquam suam imaginem depingi pateretur, mox post ejus obitum plures effigies genuinam, veramque ejus speciem exprimentes exacte delineabantur, ac quivis imo ipsi etiam Reges ejusmodi imaginem in suis cubiculis habere certabant. Paulo post e remotissimis Regionibus ad ejus tumulum non pauci peregrinatum venerant, ut ejus patrocinio varias a Deo gratias obtinerent, ubi horum concursus tam solidæ pietati innexus videbatur, ut eodem adhuc anno, quo decepsit sanctus Carolus, plures probi Viri diem illius festum veluti ejusdam Sancti celebrarent, eumque in suis precibus invocantes ejusdem nomen lytaniis infererent.

§. CXXIV.
Sancti Cardinalis opera.

Ciac. p. 899.
 Possev. ap-
 paratu &
 Bibl.

Ceterum sanctus hic Cardinalis plura ingenii, pietatisque suæ monumenta posteris reliquit, ex quibus volumina triginta, & unum de epistolis,

lis, quas ad Reges, Principes, & Sæcul. XVI.
 abat: A.C. 1584.
 er per
 alios dedit, in Mediolanensi Bibliothe-
 tatur,
 ca ad sanctum sepulcrum cernuntur, Gauſſ. 1.8.
 isfie-
 præter hasce autem literas innumeros c. 29.
 Medi-
 ferme tractatus scripsit, quos inter sunt
 epi-
 sequentes: I. de Symbolo. II. de De-
 eo.
 quam calogo. II. de Sacramentis. IV. de
 mox Oratione Dominica, V. de Passione
 enui- Christi Domini, & quovis ex illius
 xpri- Mysteriis, VI. de Sanctorum festis.
 uivis VII. de anni Evangelii, ac Divi Pauli
 hagi- epistolis: VIII. acta sex suarum Syno-
 bant dorum a Friderico Borromæo ejus Ne-
 oibus Cardinale anno Christi millesimo
 rina- quingentesimo nonagesimo nono typis
 o va- edita. IX. tractatus de Confessione sa-
 di ho- cramentali, X. sermo de Jubilæo, &
 inni- fructibus inde reportandis, XI. Instruc-
 nno, tiones Pastorum, & Concionatorum
 ures suæ Diœcesis, XII. duo libri Instructio-
 cu- num pro fabrica, & suppellicitili Eccle-
 ne in siaстica: XIII. dissertatio de modo vi-
 no- tandi Basilicam S. Petri Apostolorum
 lentiæ tractatus.

Jussianus Auctor ejus vitæ insuper
 mentionem facit alterius libri: cui titulus
Sylva Pastoralis, in quo opere cum summo
 studio, ac labore præcipua sacræ Scripturæ,
 sanctorumque Patrum testimonia
 ad usum Pastorum collecta reperiuntur:
 superfunt etiam undecim Synodi, quæ

P 5 cuncta

Sæcul. XVI. cuncta decreta ad Dioecesum regimen
A.C. 1584. necessaria complectuntur.

§. CXXV.

*Scriptores hujus sancti vitam de-
scribentes.*

Hujus sancti Cardinalis vitam diversi conscribebant Auctores, atque inter ceteros Carolus Bascapius supremus Congregationis Clericorum Regulare S. Pauli, vulgo Barnabitarum Moderator, ac postea Novarrensis Episcopus, qui sancti Caroli Discipulus, Capellanus, & domesticus erat, in maximi momenti negotiis ab eodem adhibitus. Hic primis, dum cum hoc sancto versabatur, annis jamjam in unum colligere incæperat, quicquid vel ab aliis percepit, vel ipsus ab hoc sancto fieri conspexit: postquam vero illius vitam describere aggrediebatur, ex ipsis etiam hujus sancti Præfulis Parentibus, atque amicis cuncta sedulo exquirebat, ut circa plura gesta veritatem exploraret. Porro illius Historia latine conscripta est, quo etiam idiomate prodiit ejusdem vita, quam Augustinus Valerius Cardinalis, Veronensis Episcopus, itidem sancti Caroli Discipulus, atque amicus concinnaverat: insuper Joannes Baptista Jussanus, qui aliquamdiu inter sancti Domesticos numerabatur,